

Privilegium Samborici Ducis. Pomeraniae venditionis sue pro trecentis marcis argenti vollarum Milobandz, Havnino, Rudewo, Kleezow, Wissino, et aliterius Wissino et tertii Wissino episcopi palii pro decimis dati cum castellania de Joraczyn sub perpetuo donationis titulo pro ecclesia Vladislaviensi.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti amen. Nos Samborici DEI gratia dux Pomeraniae dominus de Lubiszw. Universis presentem paginam inspecturis salutem et omne bonum. Videmus hinc temporibus propter pravam mentionem hominum et corruptam tantum eos lucris terrenis intendere, quod par imparem maior in minorem insurgit, ut unusquisque bona alterius DEI timore postposito sibi occupet et usurpet. Idcirco quod actui piissimo erga nos extito aliqua annostris successibus possit exoriri calumnia, vel etiam facti obliuio processu temporis aliquid perperam ipsi perpetrare suggerat, id quod rite et rationabiliter facimus in ipsorum animarum grave periculum et venerabilis patris M. episcopi Vladislaviensis et sue ecclesie non modicam lesionem, ea que gessimus et que memora-

memoratus venerabilis pater episcopus erga
nos agere dignatus est, subsequenter dicens
mandanda, et hac eadem nostri sigilli aui
ntine roboranda. Noverint igitur, tam pre
sentes quam futuri, quod vobis gravissima
in paupertate depressis, et quasi in exiliam
propulsis, dictus venerabilis pater episcopus
sui motu dignando cuncta clementia,
trecentas marcas argenti polonicae pon
deris contulit pro villis subscriptis, videlicet
Milobande, Larnomino, Rudere, Hecrowowia
cuius, quod tenuit episcopus de nostra gratia
Wissina, quod tenuit miles Fabio, tertium
Wissina, qui cessit domino episcopo pro decimis
sui castellaniam de Goranizyn cum earundem per
tinentiis universis, quas ei et ecclesie sue ven
ditionis titulo cum omni iure presentibus spi
ritualibus et temporalibus in perpetuum
libere et pacifice contulimus possidendas.
Et si contingat fortassis, quod eadem vil
las aliquis impetate aliquo modo bona fi
de ipsi eadem ab aui impetitione ab
solvere et ab omni violentia defensare.
Datum anno Domini millesimo duce
tesimo quinquagesimo pontificatus domi
ni Innocentii Papae quarti anno se
ptimo.